



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Quinquagesimum Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

## Quinquagesimum Priuilegium.



ECCLÉSIA habet hoc priuilegiū, † quòd si clericī  
 regulares, & seculares locauerūt aliquem fundum  
 Ecclesiæ, vel in fēdum dederint, cum aliqua con-  
 dictione, vel pacto, in præiudicium iuris alterius  
 parochialis Ecclesiæ, pactum non tenet, & ex-  
 etum hac occasione reddere cogūtur illi Ecclesiæ,  
 tale pactum impositum fuit conductoribus, & fēdatariis, vt deci-  
 mas soluant eis, & apud eorum Ecclesiās sepulturam eligant, vn-  
 de cum Papa hoc non ignorasset, decreuit exactum restituere Ec-  
 2 clesia parochiali, cap. plerique de pac. Ratio enim fuit, † nam cum  
 pactum ex auaritia procedat, penitus reprobauit, non licet paro-  
 chianis pacisci cum alia Ecclesia in præiudicium iuris parochialis  
 quia iura parochialia sunt debita ipsius Ecclesiæ parochialis, de pa-  
 roch. ibi per totum tit. contra tale debitum pactum locum non ha-  
 bet, vti factum in alterius præiudicium, cap. si diligenti de for. com  
 3 pet. & cap. ea te de iureiuran. † Reprobatur electio sepulturæ ex  
 pacto in aliena Ecclesia, licet ex eius voluntate quis eligere valeat,  
 4 cap. 1. de sepult. & in clemen. cupientes in fi. de pen. † Et cum pa-  
 ctum à Papa fuerit reprobatum, de eo nihil dicendum supersit, sed  
 eius auctoritati aquiescendum, potest tamen sumpta occasione pa-  
 5 cti in dubium reficari si † qñ pēna fuisse adiecta pacto, vel si iura-  
 mentū adiectū fuisse, an ob vim iuramēti, & pēnē pactum valeat.  
 6 Hic igitur videatur, † an pactū sit contraius, vel præter ius, si con-  
 tra ius, nec pactum nec pēna valet, ca. quæ contra ius de reg. iur.  
 in 6. etiam si iuriandum præstitum fuerit, cap. si diligenti, de for.  
 7 compe. † si uero pactum esset præter ius, licet pactum non valeat  
 tamen pēna apposita valet, l. stipulatio ista s. alteri, ff. de verbo-  
 8 rum obligatio. † si pēna esset adiecta pacto secundum ius, pote-  
 rit agere, vel ad obseruantiam pacti, vel ad pēnæ solutionem,  
 sed quatenus fuisse adiecta illa clausula salvo rato manente pa-  
 cto, isto casu ad utrumque videlicet ad pactum, & ad pēnam  
 contrafaciens teneretur, capitul. dilecti de arbitra. glos. in re-  
 gula accessorium de regulis iuris in sexto, sed cum dictum sit,  
 9 † de iuramento, quòd seruandum est, sine interitu salu-  
 tis æternæ, capitul. si uero de iureiurando videndum fore exi-  
 10 stimo, † quando iuramentum super re turpi valeat, † in  
 con-

11 contractu de usuris soluendis si interuenit iuramentum seruan-  
 12 dum venit. ¶ Usura est omni lege reprobata, & tamen si quis iu-  
 13 ragerit soluere tenebitur, solutio haec est, quod pactum non valeat  
     sine iuramento, ex quo turpiter quis recipit promissionem, capit.  
 14 debitores de iure iurant, sed distinguendum est † quando iuramen-  
     tum valeat, aut iuramentum continet turpitudinem ex persona  
     vtriusque recipientis, scilicet & iuratis, & non tenet, vt in d. cap. si  
     diligenti, & 22. q. 2. per totum. Aut continet turpitudinem ex par-  
 15 te iurantis, & idem quia non potest quis se vinculare ad pecca-  
     catum, vel etiam contra bonos mores, vt in regul. non est obligato  
 16 rium, de reg. iur. in 6. ¶ Aut continet turpitudinem solum ex par-  
     te recipientis, non autem ex parte iurantis, & iuramentum obli-  
 17 gat, & hoc casu procedit, cap. debitores & est ratio, quia † iurame-  
     tum principaliter dirigitur in Deum, in quo non reperitur turpi-  
     tudo, igitur qui iurat tenetur ad obseruantiam, & seruando non  
 18 peccat. ¶ Sed solutum virtute iuramenti repeti potest ab eo, qui tur-  
     piter recepit, vt in d. cap. debitores, & in cap. ad audientiam, & in  
     cap. ad aures, quod met. causa.

## S V M M A R I V M.

- 1 Omissum ex auctoritate Papae plenum, & firmum robur obtinet.
- 2 Pacta sola obtinent firmitatem, adeo quod si aliquid ab eo confirmante, omis-  
sum suisset intelligatur sola translatione, vel pacto sopusum.
- 3 Casus in quo maiorem vim habet transactio, quam Papae confirmatio.
- 4 Infirmi, vel minus valida per confirmationem Papae recipiunt firmitatem, &  
ita omissa per eum ex transactione, & pacto robur recipiunt.
- 5 Transactio an possit interuenire in spiritualibus, videtur dicendum, quod  
sic.
- 6 Pactum non valeat in spiritualibus.
- 7 Transaction, in spiritualibus propriè sumpto vocabulo interuenire non potest  
vt aliquod temporale detur pro spirituali, quia esset simonia.
- 8 Transaction habet locum in decimis, nam de cima est spiritualis.
- 9 Spirituale pro spirituali dari potest.
- 10 Omissum per Papam tollitur transactione ita defectus in transactione, sive in  
vis, sive facti suppleri potest per eum.
- 11 Suppletio generalis, an tollere potuit?
- 12 Clausula supplens omnem defectum refertur duxa rat ad solemnitates in-  
ris non autem supplet defectum inhabilitatis personarum, vel alium defec-  
tum naturalem.

Papa

- 13 Papa si non est informatus de omnibus, clausula solum referatur ad defectus  
commissoſ circa ſolemnitateſ iuriſ.
- 14 Iudec citra Papam ſupplere potest defectum commiſſum in contrattibus,  
vel in iudicij, etiam ſi eſſet Legatus de latere.
- 15 Transactionis treſ ſunt ſpecies, ſpecialis, Generalis, & indeffinita.
- 16 Transactio ſpecialis non nocet in alijs ſpecialibus, quia ſpecialis, ſpecialem  
effectum operatur.
- 17 Transactio generalis reſtringitur ad id, de quo ſpecialiter eſt actum.
- 18 Transactio indeffinita aequipolleſ vniuerſali.
- 19 Non nocent ea, quae in iudicio deducta non ſunt.
- 20 Transactio generalis, de rigore iuriſ tenet in omnibus, & exemptionem pa-  
rit, ſed replicatione dolis reſcinditur.
- 21 Transactio non valeſ nifi fiat in utilitateſ Eccleſiae.

### Quinquagesimum Primum Priuilegium.



**C C L E S I A** Hoc priuilegio gaudet, † quod si  
aliquid omissum fuerit, ex Papæ auctoritate ple-  
num, & firmum robur obtineat, ſola transactio,  
vel pactum cap. 1. de transac. Erat controuerſia  
inter aliquos Eccleſiarum Prælatos, fuit quaſtio  
illa ex transactione ſopita, ſed ne imposterum,  
aliqua inter eos oriretur difficultas adierunt  
Pontificem M. vt eam confirmaret, ſtatuit igitur, vt omnia instru-  
menta, vel omne aliud quod alicui eorum opem præbere poſſet,  
ex præſcriptione, ex priuilegio ſint caſſa, & pro nullis habean-  
tur. Et † quod ſola pacta obtineant firmitatem adeo, quod si ali-  
quid ab eo confirmingante omissum fuſſet intelligatur ſola tran-  
ſactione vel pacto ſopitu, † & ita in hoc caſu maiorem vim ha-  
bet transactio, quam Papæ conſirmatio. In proposita quaſtione  
4 est animaduertendum, quod ea quaſe ſunt, † inſirma, vel minus va-  
lidă per confirmationem Papæ recipiunt firmitatem, & ita omiſſa  
5 per eum ex transactione, & pacto robur recipiunt. † Sed in dubiu-  
venit an transactio poſſit interuenire in ſpiritualibus? Et videtur di-  
cendum, quod ſic. cap. Generalis, 54. diſt. & cap. Casellas 10. q. 2.  
6 † Sed in contrarium videtur, quod pactum non valeſ in ſpirituali-  
bus, cap. cum pridem de paſt. & ibi etiam in cap. paſtiones ſolutio-  
7 hæc eſt, † quod in ſpiritualibus transactio propriè ſumpto voca-  
bulo interuenire non poſteſt, vt aliquod temporale detur, pro ſpi-  
rituali